ad me — deferebantur] Seltener ist *deferre alicui aliquid*. Das Adverb *tanquam* fehlt. Ep. XLIV, 1.

§. 3. *iterum ac tertio*] oder *iterum ac saepius* ist in der klassischen Prosa gebräuchlich, aber *iterum iterumque* oder *iterum atque iterum* ist poetisch.

duci] abführen zur Hinrichtung. Gierig und andere ergänzen *in carcerem* oder *in custodiam*, was nach Androhung der Todesstrafe (*supplicium minatus*) unthunlich scheint, zu-

enim dubitabam, qualecunque esset quod faterentur pertinaciam certe et inflexibilem obstinationem de-
4 bere puniri. Fuerunt alii similis amentiae: quos, quia cives Romani erant, annotavi in urbem remittendos. Mox ipso tractatu, ut fieri solet, diffun-
5 dente se crimine plures species inciderunt. Propositus est libellus sine auctore multorum nomina continens, qui negarent esse se Christianos aut fuisse. Cum praeeunte me deos appellarent et imagini tuae, quam propter hoc iusseram cum simulacris numi-

---

mal da auch im Folgenden *puniri* nicht wohl auf gefängliche Haft bezogen werden kann.

§. 4. *amentiae*] Dieß will Gierig nicht auf ihre Religion, sondern auf die erwähnte Hartnäckigkeit und Halsstarrigkeit bezogen wissen.

annotavi — remittendos] ich ließ sie aufzeichnen, um sie nach Rom zurückzuschicken. Suet. Cal. 27. Ex noxiis *laniandos annotavit.* Vgl. Zumpt §. 653. — Ueber diejenigen, welche das römische Bürgerrecht besaßen, durfte der Statthalter in einer Provinz keine schwere Strafe verhängen.

tractatu] *cognitione, inquisitione.* Sowohl *tractatus* als *tractatio* werden nur in aktivem Sinne gebraucht; Neulateiner bezeichnen damit eine Abhandlung über einen Gegenstand.

crimine] oder *criminatione*, Anschuldigung, Anklage. Das Verbrechen bedeutet *crimen* fast nie, wiewohl es Schott so übersetzt. — Zu *se diffundente* nöthigte der Mangel eines Particips im Präsens und Imperfekt des Passivs, durch welches sonst die Reflexion der Handlung auf das Subjekt ausgedrückt wird, z. B. XXIV, 7. morbus, qui a capite *diffunditur.* XXX, 6. nubes — ramis *diffundebatur.*

species] Gattungen, Arten. Den richtigen Gebrauch dieses Wortes lehrt Krebs Ant. p. 456.

§. 5. *libellus sine auctore*] eine anonyme Schrift. Das Substantiv mit der Präposition ist als Attribut des zweiten Substantivs anzusehen.

multorum nomina — qui negarent] d. h. unter den Genannten (Angegebenen) waren viele solche, welche läugneten. Daher *negarent* (Zumpt §. 556. und §. 558.), wofür Manche *negarant* oder *negant* lesen. Andere von dem anonymen Angeber Genannte bekannten sich als Christen (alii ab indice nominati esse se Christianos dixerunt §. 6.). Die Ausleger und Uebersetzer verstehen dagegen unter *index* einen von dem Verfasser des *libellus sine auctore* verschiedenen Angeber. Bei dieser Erklärung ist aber schwer zu begreifen, warum in der erwähnten Schrift die Namen bloß Solcher verzeichnet gewesen sein sollten, welche bei der von Plinius angestellten Untersuchung läugneten.

Cum — putavi] Gewöhnlich schreibt und interpungirt man diese Stelle so: *cum — Christiani. Ergo dimittendos putavi.* Die rich-

num afferri, ihure ac vino supplicarent, praeterea male dicerent Christo: quorum nihil posse cogi dicuntur qui sunt re vera Christiani: dimittendos esse putavi. Alii ab indice nominati esse se Christianos 6 dixerunt, et mox negaverunt: fuisse quidem, sed desisse, quidam ante triennium, quidam ante plures annos, non nemo etiam ante viginti quoque. Omnes et imaginem tuam deorumque simulacra venerati sunt [ii] et Christo male dixerunt. Affirmabant 7 autem hanc fuisse summam vel culpae suae vel erroris, quod essent soliti stato die ante lucem convenire carmenque Christo quasi deo dicere secum invi-

---

tige Interpunktion fand schon Ernesti, irrte aber darin, daß er *Ergo* in *ego* verwandelte, da vielmehr *Ergo*, das sich nicht einmal in allen Mss. und Edd. vett. findet, wie Schäfer bemerkt, von einem Corrector herrührt, der das durch die verderbte Interpunktion entstandene Asyndeton beseitigen wollte. — *praeeunte me* bedeutet: indem ich ihnen die Gebetformel vorsagte. So ist *praeire legenti* oder *legentibus* s. v. a. *praelegere*, vorlesen, wenn ein Anderer nachliest.

nihil cogi] nicht *ad nihil cogi.* Paneg. 6, 1. principi illud in principatu beatissimum, quod *nihil cogitur.* Quintil. II, 17, 9. quia *id* valetudo ipsa *coëgerat.* XI, 3, 13. mala et imbecilla vox et inhibet multa et *aliqua cogit.*

§. 6. *et mox*] *et* statt des adversativen *sed.*

non nemo] mancher, jemand, nicht zu verwechseln mit *nemo non*, jeder, alle. Vgl. Zumpt §. 755. Grotef. §. 139. 1. Grysar p. 107. — Die Verbindung *etiam* — *quoque* ist nicht nachzuahmen. Ueber *etiam* s. zu V, 7. und über *quoque* zu XIII, 15.

ii et Christo maledixerunt] In der Bedeutung auch pflegt *et* eben so wenig wie *etiam* und *quoque* in denjenigen Fällen gebraucht zu werden, wo ein und derselben Person oder Sache, von welcher bereits etwas ausgesagt wurde, ein zweites Prädikat beigelegt wird, sondern er auch, auch er, auch dieser u. s. w. wird durch *idem* gegeben. Nimmt man an, daß durch *et* — *et* die beiden Sätze *et* — venerati sunt *et* — maledixerunt, durch *que* bloß zwei einzelne Begriffe jenes ersteren Satzes verbunden werden, so erscheint *ii* ganz überflüssig und könnte wohl von Jemand hinzugefügt sein, der *et* — *que* auf einander bezog. Vgl. Xenoph. Anab. I, 8, 3. *Κῦρός τε, καταπηδήσας ἀπὸ τοῦ ἅρματος, τὸν θώρακα ἐνέδυ καὶ, ἀναβὰς ἐπὶ τὸν ἵππον, τὰ παλτὰ εἰς χεῖρας ἔλαβε, τοῖς τε ἄλλοις πᾶσι παρήγγελλεν ἐξοπλίζεσθαι*, wo sich *τε* — *τε* entsprechen, obgleich *καὶ* dazwischen tritt.

§. 7. *stato die*] Obgleich man *certa*, *constituta*, *praestituta*, *dicta*, *finita dies* sagt, so ist doch *stato die* nicht ungewöhnlich. Zumpt §. 86.

secum invicem] unter einander, mit einander (zusam-

cem seque sacramento non in scelus aliquod obstringere, sed ne furta, ne latrocinia, ne adulteria committerent, ne fidem fallerent, ne depositum appellati abnegarent: quibus peractis morem sibi discedendi fuisse, rursusque [coëundi] ad capiendum cibum, promiscuum tamen et innoxium: quod ipsum facere desisse post edictum meum, quo secundum mandata
8 tua hetaerias esse vetueram. Quo magis necessarium credidi ex duabus ancillis, quae ministrae di-

---

men, gemeinschaftlich] statt des klassischen *inter se*. Plinius gebraucht öfter *invicem* zur Bezeichnung der Wechselwirkung. S. Krebs Ant. p. 277. Grysar p. 40. Zumpt §. 300.

sacramento] *iureiurando*. Im goldenen Zeitalter der lat. Sprache wurde besonders der Diensteid, Eid der Treue, daher auch der Soldateneid *sacramentum* genannt. Krebs Ant. p. 431. Grysar p. 319.

ne depositum appellati abnegarent] kein hinterlegtes Gut auf Verlangen (?) abzuläugnen. Schott. *Appellat* qui debitum poscit. *Gierig.*

promiscuum tamen et innoxium] „*Promiscuus* zwar nicht klassisch, aber bei Sallust und oft bei Livius in der Bedeutung mehrern (mit dem Dativ) gemeinschaftlich, gleich, keinen Unterschied machend. Es ist um so weniger verwerflich, da das Adv. *promiscue* von Cicero und Cäsar gebraucht wird." Krebs Ant. p. 391. „Interpretor cum Gierigio *cibum promiscuum*, non peculiarem aliquem, sed communem hominibus, panem, olera, carnes annimalium: *innoxium*, probro carentem." *Schaefer.* Zu dieser Erklärung wurde Gierig theils durch das beigefügte *tamen* bestimmt, theils durch die Betrachtung, daß, wenn man *promiscuus* in der gewöhnlichen Bedeutung nehmen wollte, keine Rechtfertigung der Angeklagten in den Worten liegen könne. Schott's Uebertragung „zu einem Allen ohne Unterschied gemeinsamen, jedoch unschuldigen Mahle" wäre richtig, wenn im Texte stände *cibum promiscuum, innoxium tamen.* Was die Sache betrifft, so gab man den Christen schuld, sie tränken Blut und äßen geschlachtete Kinder, eine Beschuldigung, die aus der mißverstandenen Abendmahlsfeier entsprungen sein mag.

quod — desisse] = *et hoc ipsum f. d.* Der Satz ist also ein Hauptsatz und deßwegen steht das Verbum im Infinitiv. Gierig hat die schlechte Form *desiisse*, obgleich Plinius überall schreibt *desisse, finisse, requisisse, audisse* u. a. Nach *desisse* ist vielleicht *se* ausgefallen; doch läßt es sich entbehren.

hetaerias esse vetueram] Zumpt §. 617. Nur poetisch wird *vetare* verbunden mit *ne* und dem Conjunctiv oder mit dem bloßen Conjunctiv. Krebs Ant. p. 505. — *Hetaeriae*, ἑταιρεῖαι, lat. *sodalitates*. S. Cic. Senect. 13.

§. 8. *ancillis*] Die von Ruhnken Opusc. I. p. 587. gebrauchte

cebantur, quid esset veri et per tormenta quaerere. Nihil aliud inveni quam superstitionem pravam, immodicam. Ideo dilata cognitione ad consulendum te decurri. Visa est enim mihi res digna con- 9
sultatione, maxime propter periclitantium numerum. Multi enim omnis aetatis, omnis ordinis, utriusque sexus etiam vocantur in periculum et vocabuntur. Neque [enim] civitates tantum, sed vicos etiam atque agros superstitionis istius contagio pervagata est: quae videtur sisti et corrigi posse. Certe 10
satis constat prope iam desolata templa coepisse celebrari et sacra solemnia diu intermissa repeti, pastumque venire victimarum, cuius adhuc rarissimus emtor inveniebatur. Ex quo facile est opinari, quae

---

Form *ancillabus* ist neu und nicht nachzuahmen. Krebs Ant. p. 107. Vgl. Zumpt §. 45. 4.

per tormenta] Das Wort *tortura* ist spätlateinisch und bedeutet nicht die Folter oder Tortur, sondern Marter, Qual. Krebs Ant. p. 479.

superstitionem] So nannten die Römer ganz gewöhnlich die christliche Religion.

decurri] *confugi*, *placuit te consulere*. Gierig. Die *Aldina* giebt die Form *decucurri*.

§. 10. *desolata*] Das Verbum *desolare* ist nachklassisch für *deserere*, *destituere*, *vastare*, *orbare*, *evertere* u. dgl. Neulateinisch ist *desolatio* statt *vastitas*, *vastatio* u. a. m. Krebs Ant. p. 176—77.

coepisse celebrari] statt des klassischen *coepta celebrari*. Grysar p. 246. Krebs Ant. p. 144. Vgl. Zumpt §. 221., wo jedoch auf den Gebrauch in den verschiedenen Zeitaltern keine Rücksicht genommen ist.

intermissa] *Intermittere* bedeutet das Aufhören auf gewisse Zeit, darf also nicht für gleichbedeutend mit *desinere*, *omittere*, *desistere* gehalten werden. Krebs Ant. p. 273—74.

venire] = *vendi*, von *veneo*. Die Vulgate ist: *passimque venire victimas*, *quarum adhuc* etc.

rarissimus emtor inveniebatur] = *rarissime emtores inveniebantur*. Quintil. VII, 3, 16. *rarissima reperietur* illa servitus. Ebend. XII. prooem. §. 3. *rarus* qui tam procul a portu recessisset *reperiebatur*.

facile est opinari] Wenn *facile* adverbialisch aufzufassen ist, so steht *est*, wie häufig bei den Nachklassikern mit dem Infinitiv nach

turba hominum emendari possit, si sit poenitentiae locus.

XLIV.

TRAIANUS PLINIO S.

Actum quem debuisti, mi Secunde, in excutiendis causis eorum, qui Christiani ad te delati fuerant, secutus es. Neque enim in universum aliquid, quod quasi certam formam habeat, con-
2 *stitui potest. Conquirendi non sunt: si deferantur et arguantur, puniendi sunt, ita tamen, ut qui negaverit se Christianum esse idque re ipsa manifestum fecerit, id est supplicando diis nostris, quamvis suspectus in praeteritum [fuerit] veniam ex poenitentia impetret. Sine auctore vero propositi*

---

griechischer Weise. Zumpt §. 227. Krebs Antibar. p. 202. Grysar p. 284.

Ep. XLIV.

§. 1. *Actum quem debuisti — secutus es*] Du hast — den geeigneten Weg eingeschlagen. Schott. — „*Excutere* in der Bedeutung untersuchen, prüfen werde vorsichtig gebraucht, indem wenigstens *quaestionem excutere*, eine Frage untersuchen, nirgends vorkommt." Krebs Ant. p. 210. Spätlateinisch in dieser Bedeutung ist *discutere*.

qui Christiani — delati fuerant] Das Attributivum *Christiani*, wobei man *entes* suppliren könnte, wenn die lat. Sprache ein Particip von *esse* gebrauchte, ist eine Modalitätsbestimmung der Aussage und wird im Deutschen durch als angeknüpft. Im vorhergehenden Briefe §. 2. steht *tanquam Christiani*, was, wenn es richtig ist, einen andern Sinn giebt. S. Zumpt §. 282. Grysar p. 480. — Wegen des Plusquamperfekts s. zu I, 1.

in universum] im Allgemeinen, überhaupt, ist nachklassisch, zuerst bei Livius für *universe*, *generatim*. Krebs Ant. p. 490. Vgl. auch zu XXIV, 6.

aliquid] muß auch in negativen Sätzen beibehalten werden, wenn das Vorhandensein irgend eines Dinges in affirmativem Sinne angedeutet werden soll. Etwas anderes würde *quidquam* bedeuten. S. Grotef. §. 458.

§. 2. *manifestum fecerit*] ein sehr gewöhnlicher Ausdruck, wie *facere certiorem*, auch im Passiv *fit manifestum*. Aber *reddere manifestum*, *certiorem*, *verisimile* u. dgl. möchte wohl nicht gesagt werden. Einiges hierüber bei Krebs Ant. p. 417.

ex poenitentia] *ex* mit ursachlicher Bedeutung. Cic. Rab. Post. 9.

libelli in nullo crimine locum habere debent. Nam et pessimi exempli nec nostri seculi est.

XLV.

C. PLINIUS CANINIO RUFO SUO S.

Quid agit Comum, tuae meaeque deliciae? quid suburbanum amoenissimum? quid illa porticus verna semper? quid πλατανὼν opacissimus? quid Euripus viridis et gemmeus? quid subiectus et serviens lacus? quid illa mollis et tamen solida gestatio? quid balneum illud, quod plurimus sol implet et circumit? quid triclinia illa popularia, illa paucorum? quid cubicula diurna nocturnaque? Possidentne te et per vices partiuntur, an, ut solebas, intentione 2 rei familiaris obeundae crebris excursionibus avocaris? Si [te] possident, felix beatusque es: sin mi-

---

Demetrius, vir et *ex republica* Athenis et *ex doctrina* nobilis et clarus.

impetret] Nur das Erlangen, Erhalten durch Worte, Vorstellungen, Bitten, Befehlen wird durch *impetrare* ausgedrückt. Vgl. Grysar p. 200. Krebs Ant. p. 253.

in nullo crimine] Gierig meint, daß das in den Ausgaben fehlende *in* ausgefallen sei, was allerdings zwischen libelli nullo leicht möglich war.

locum habere] stattfinden, d. i. gestattet sein, zugelassen oder angenommen werden. Nicht in allen Verbindungen kann unser stattfinden durch *locum habere* ausgedrückt werden. S. Weber's Uebungsschule p. 356.

seculi] *seculum* bedeutet bei den Schriftstellern der Kaiserzeit oft die Regierungszeit eines Kaisers. Lib. X, 1, 2. Precor ergo, ut tibi et per te generi humano prospera omnia, id est *seculo tuo* contingant. Schott: es wäre dem Geiste meines Zeitalters (besser: meiner Regierung) entgegen.

Ep. XLV.

§. 1. *Quid agit Comum*] Lib. II, 11, 25. Scribe, quid arbusculae tuae, quid vineae *agant*. Sonst wird *agere* nur im rednerischen Stile mit einem leblosen Subjekte als einem handelnden und thätigen verbunden, z. B. *libellus*, *epistola* und dgl. *agit de aliqua re*. S. Schwarz zu Plin. Paneg. 53.

lacus] *Larius*. S. zu VIII, 1.

per vices] nachklassisch statt *invicem*, *vicissim*. S. zu XLII, 2.

§. 2. *felix beatusque*] S. zu XIII, 2.

3 nus, unus ex multis. Quin tu (tempus est enim)
humiles et sordidas curas aliis mandas et ipse te in
alto isto pinguique secessu studiis asseris? Hoc sit
negotium tuum, hoc otium: hic labor, haec quies:
4 in his vigilia, in his etiam somnus reponatur. Effinge aliquid et excude, quod sit perpetuo tuum. Nam
reliqua rerum tuarum post te alium atque alium dominum sortientur: hoc numquam tuum desinet esse,
5 si semel coeperit. Scio, quem animum, quod horter ingenium. Tu modo enitere, ut tibi ipse sis
tanti, quanti videberis aliis; si tibi fueris. Vale.

XLVI.

C. PLINIUS MINUTIO FUNDANO SUO S.

Mirum est quam singulis diebus in urbe ratio aut constet aut constare videatur, pluribus cunctisque

---

1 *unus ex multis*] oder *unus de multis*, nicht *unus multorum* (Krebs Ant. p. 490.) ein Alltagsmensch.

§. 3. *Quin tu — asseris?*] S. zu XXXII, 16. — *asserere se studiis = tradere se st.* — Wegen *alto secessu* vgl. VIII, 1.

in his — reponatur] *Reponere aliquid in aliquam rem*, etwas auf etwas legen, etwas in etwas niederlegen, ist eine seltene Construction; aber *reponere aliquem in deos*, unter die Götter setzen, rechnen, kommt neben *reponere in numero deorum* bei Cicero vor. Krebs Ant. p. 422—23.

§. 4. *Effinge aliquid et excude*] Diese Wortstellung haben wir schon oben als die übliche bezeichnet. Vgl. XLVI, 4.

reliqua rerum] graeca, sed etiam Romanis usitata syntaxis. *Gierig.*

alium atque alium] Aehnlich gesagt wie *etiam atque etiam*; *magis ac magis.*

sortientur] *sortiri* in der Bedeutung erhalten, erlangen ohne den Nebenbegriff einer Verloosung ist nachklassisch statt *nancisci.* Krebs Ant. p. 455. nennt es spätlateinisch.

§. 5. *animum — ingenium*] *animus* bedeutet die begehrende und fühlende Seelenkraft, unser Herz und Gemüth; *ingenium* ist der denkende Geist. „H. l. *animum* retulerim ad cupiditatem rerum magnarum, *ingenium* autem ad facultatem poeticam." *Gierig.* Die Wortstellung ist gewählt, wie LXXIII, 1. satius est unum aliquid insigniter quam *facere* plurima mediocriter.

sis tanti, quanti videberis] Zumpt §. 444.

que non constet. Nam si quem interroges, *Hodie* 2
quid egisti? respondeat, Officio togae virilis in-
terfui; sponsalia aut nuptias frequentavi; ille me
ad signandum testamentum, ille in advocationem,
ille in consilium rogavit. Haec quo die feceris ne- 3
cessaria; eadem si quotidie fecisse te reputes inania
videntur, multo magis cum secesseris. Tunc enim
subit recordatio, *Quot dies quam frigidis rebus*
absumsi! Quod evenit mihi, postquam in Lauren- 4
tino meo aut lego aliquid aut scribo aut etiam cor-
pori vaco, cuius fulturis animus sustinetur. Nihil 5
audio, quod audisse; nihil dico, quod dixisse poe-
niteat: nemo apud me quenquam sinistris sermoni-
bus carpit; neminem ipse reprehendo nisi unum me,
cum parum commode scribo: nulla spe, nullo timo-
re solicitor, nullis rumoribus inquietor. Mecum 6
tantum et cum libellis loquor. Rectam sinceramque
vitam! dulce otium honestumque ac paene omni ne-
gotio pulchrius! O mare, o littus, verum secretum-
que *μουσεῖον!* quam multa invenitis, quam multa
dictatis! Proinde tu quoque strepitum istum inanem- 7
que discursum et multum ineptos labores, ut pri-
mum fuerit occasio, relinque teque studiis vel otio
trade. Satius est enim, ut Atilius noster eruditissi- 8
me simul et facetissime dixit, otiosum esse quam ni-
hil agere. Vale.

Ep. XLVI.

§. 3. *Quot dies — absumsi*] an welche Nichtigkeiten habe ich so manchen Tag verschwendet! Schott. Im Lat. können, wie im Griech., in einem Frage- oder Ausrufesatze zwei Frage- oder Ausrufewörter vorkommen. Grotef. §. 125, Anm. 2.

§. 4. *corpori vaco*] Zumpt §. 406. Das im Neulatein oft vorkommende *vacare doctrinae, arti, litteris,* sich auf die Wissenschaften u. dgl. legen, die Wissenschaften treiben, wird verworfen von Hottinger zu Cic. Divin. I, 6. Vgl. Grysar p. 390. Krebs Ant. p. 496. Dichterisch und nachklassisch ist *vacat* in der Bedeutung es ist Zeit oder Muße da; doch wird es nicht bloß von Plinius (vgl. XVIII, 4., XLVII, 11.), sondern auch von Quinctilianus so gebraucht und ist darum nicht verwerflich.

§. 7. *multum ineptos labores*] Nicht selten steht *multum* absolut oder in adverbialischer Bedeutung.

§. 8. *otiosum esse etc.*] So sagt Scipio Africanus bei Cic.

XLVII.

C. PLINIUS ATRIO CLEMENTI SUO S.

Si quando urbs nostra liberalibus studiis floruit, nunc maxime floret. Multa claraque exempla sunt.
2 Suffecerit unum, Euphrates philosophus. Hunc ego in Syria cum adolescentulus militarem, penitus et domi inspexi amarique ab eo laboravi: etsi non erat laborandum. Est enim obvius et expositus plenus-
3 que humanitate quam praecipit. Atque utinam sic ipse quam spem tunc ille de me concepit impleverim, ut ille multum virtutibus suis addidit! Aut ego nunc illas magis miror, quia magis intelligo: quan-
4 quam ne nunc quidem satis intelligo. Ut enim de pictore, sculptore, fictore nisi artifex iudicare, ita

---

Off. III, 1. *nunquam se minus otiosum esse quam cum otiosus, nec minus solum quam cum solus esset.* Vgl. Senec. de brev. vit. 11. *quorundam non otiosa vita est dicenda, sed desidiosa occupatio.*

Ep. XLVII.

§. 2. *penitus et domi*] genau und in seinem Hauswesen. Schott: „*Penitus* wird heutzutage oft gemißbraucht für *accurate, plane, prorsus*, indem man es für genau, durchaus, ganz nimmt, da es nur im Innern, innen hinein, durch und durch bedeutet. Man kann wohl sagen *penitus perspicere, cognoscere, intelligere, animo mandare, videre, pervidere, nosse* u. a., aber nicht *penitus loqui* für *accurate loqui*, nicht *penitus negare* für *prorsus negare* u. dgl. Unlat. ist die Comparativform *penitius* für *altius*. Einen Superlativ *penitissime* wagte ein sehr später Prosaist. Eben so ist *penitissimus, a, um* nur vorklassisch und im spätern Latein wieder hervorgesucht." Krebs Ant. p. 353—54.

amari — laboravi] Zumpt §. 616. Bei Quintilianus findet man *laborare* nirgends mit dem Inf., sondern mit *ut* construirt.

§. 3. *Atque utinam*] Lib. I, 2, 6. Est enim plane aliquid edendum, *atque utinam* hoc potissimum quod paratum est! Vgl. zu XV, 3. und zu XVIII, 10.

Aut] Oder vielmehr, dient zur Berichtigung des vorher gebrauchten Ausdrucks.

§. 4. *sculptore, fictore*] *Sculptor* oder *Scalptor*, der Bildner, Bildhauer ist nachklassisch für *fictor*, *qui signa fabricatur*. Die Bildhauerkunst wird von Cicero durch *ars fingendi, ars signa fabricandi*, von dem ältern Plinius durch *ars statuaria* ausgedrückt. Krebs Ant. p. 440. Grysar p. 373. Das von den neuern Archäologen gebrauchte *ars sculptoria* ist unlateinisch. — *fictor* wird von

nisi sapiens non potest perspicere sapientem. Quan- 5
tum mihi tamen cernere datur, multa in Euphrate
sic eminent et elucent, ut mediocriter quoque doctos
advertant et afficiant. Disputat subtiliter, graviter,
ornate: frequenter etiam Platonicam illam sublimi-
tatem et latitudinem effingit. Sermo est copiosus et
varius, dulcis inprimis et qui repugnantes quoque
ducat et impellat. Ad hoc proceritas corporis, de- 6
cora facies, demissus capillus, ingens et cana barba:
quae licet fortuita et inania putentur, illi tamen plu-
rimum venerationis acquirunt. Nullus horror in 7
cultu, nulla tristitia, multum severitatis: reverearis
occursum, non reformides. Vitae sanctitas summa,
comitas par. Insectatur vitia, non homines: nec
castigat errantes, sed emendat. Sequaris monen-
tem attentus et pendens: et persuadere tibi, etiam
cum persuaserit, cupias. Iam vero liberi tres, duo 8
mares, quos diligentissime instituit. Socer Pompe-
ius Iulianus, cum cetera vita tum vel hoc uno ma-
gnus et clarus, quod ipse provinciae princeps hunc
inter altissimas conditiones generum, non honoribus

Sierig durch *plastes, qui vel e cera vel ex aere fingit signa* er-
klärt.

§. 5. *Quantum mihi — cernere datur*] Quintil. IV, 2, 64. *quan-
tum ego intelligo.* III, 1, 19. *quantum ego quidem sciam.* Dage-
gen IX, 1, 17. 4, 65. *quod sciam.*

doctos advertant] *Advertere aliquem*, jemandes Aufmerk-
samkeit auf sich ziehen, ist nachklassisch bei Livius und den fol-
genden. Krebs Ant. p. 93.

§. 8. *Iam vero*] *Iam* wird auch als Fortsetzungspartikel gebraucht
und mit *vero* verbunden, wenn man das Vorhergehende als abgemacht
betrachtet und etwas Neues mit besonderm Nachdruck aufführt. Grysar
p. 531. Quintil. IX, 1, 21. *Iam vero* affectus nihil magis ducit.

duo mares] Die Adjektiven *masculinus* und *masculus*, beide nach-
klassisch, sind außer dem grammatischen Gebrauche zu vermeiden. Krebs
Ant. p. 301.

cetera vita] Der Singular von *ceteri* ist, ausgenommen in dem
Falle, wo das dazu gehörige Substantiv ein Collectiv ist oder keinen
Plural gestattet, beinahe ungebräuchlich. Grysar p. 99.

inter altissimas conditiones] unter den glänzendsten Be-
werbungen. Schott. *conditio* (richtiger *condicio*), der Hei-

9 principem; sed sapientia, elegit. Quanquam quid ego plura de viro, quo mihi frui non licet? An ut magis angar, quod non licet? Nam distringor officio ut maximo, sic molestissimo. Sedeo pro tribunali, subnoto libellos, conficio tabulas, scribo plu-
10 rimas, sed illiteratissimas litteras. Soleo nonnunquam (nam id ipsum quando contingit!) de his occupationibus apud Euphraten queri. Ille me consolatur; affirmat etiam esse hanc philosophiae et quidem pulcherrimam partem, agere negotium publicum, cognoscere, iudicare, promere et exercere iustitiam,
11 quaeque ipsi doceant, in usu habere. Mihi tamen hoc unum non persuadet, satius esse ista facere quam cum illo dies totos audiendo discendoque consumere. Quo magis te, cui vacat, hortor, cum in urbem proxime veneris (venias autem ob hoc maturius) illi
12 te expoliendum limandumque permittas. Neque enim ego, ut multi, invideo aliis bono, quo ipse careo; sed contra sensum quendam voluptatemque

---

rathsantrag, insofern dabei gewisse Bedingungen gemacht werden, die Partie, wie wir sagen. Vgl. XLIX, 9.

§. 9. *officio*] Intelligit praefecturam aerarii Saturni. Lib. X, 20. Paneg. 91, 1. Functus est Plinius hoc munere a. aet. 36. et seq. V. ad Paneg. *Gierig.*

Sedeo pro tribunali] Zumpt §. 311. Grysar p. 452. Ebenso dicere pro rostris, pro suggestu, pro concione.

§. 10. *ipsi*] sc. *philosophi.*

§. 11. *Mihi — hoc unum non persuadet*] Nur die Neutra von Adjektiven und Pronominen, wie *unum, multa, hoc, id, illud, quid, quidquam* werden im Akkusativ mit *persuadere* verbunden, bei Substantiven steht *de*, um das zu bezeichnen, wovon man Jemanden überredet.

§. 12. *sensum — voluptatemque*] erklärt Gesner per Hendiad. durch *sensum voluptatis.* Es ist aber zu bemerken, daß *sensus voluptatis, laetitiae, suavitatis, gaudii, pudoris, grati animi*, das Gefühl der Lust, Freude, Schaam u. s. w. ungewöhnlich sind statt der bloßen Substantiven *voluptas, pudor* etc., und nur dann, wenn der Begriff des Gefühls und der Empfindung hervorgehoben werden soll, *sensus* mit einem solchen Genitiv verbunden wird. Krebs Ant. p. 444. Schott übersetzt: Genuß und Vergnügen. Offenbar ist aber *sensus* allgemeiner und wird durch *voluptas* genauer bestimmt.

percipio, si ea quae mihi denegantur, amicis video superesse. Vale.

XLVIII.

C. PLINIUS SOSIO SENECIONI SUO S.

Magnum proventum poetarum annus hic attulit. Toto mense Aprili nullus fere dies, quo non recitaret aliquis. Iuvat me quod vigent studia, proferunt se ingenia hominum et ostentant: tametsi ad audiendum pigre coitur. Plerique in stationibus sedent 2 tempusque audiendi fabulis conterunt, ac subinde sibi nuntiari iubent, an iam recitator intraverit, an dixerit praefationem, an ex magna parte evolverit librum: tum demum ac tunc quoque lente cunctanterque veniunt: nec tamen permanent, sed ante finem recedunt, alii dissimulanter et furtim, alii simpliciter et libere. At hercule memoria parentum 3 Claudium Caesarem ferunt, cum in palatio spatiaretur audissetque clamorem, causam requisisse; cumque dictum esset recitare Nonianum, subitum recitanti inopinatumque venisse. Nunc otiosissimus 4

Ep. XLVIII.

§. 1. *proventum*] Zuwachs, mit dem Nebenbegriff des Reichlichen. Quintil. XII, 10, 11. efflorescat ingens oratorum *proventus*. Iust. XIII, 1, 12. Neque enim unquam ante Macedonia vel ulla gens alia tam clarorum virorum *proventu* floruit. Bei den ältern Schriftstellern bedeutet *proventus* den glücklichen Fortgang, *successus*. In dem Sinne von *vectigalia*, *fructus*, Einkünfte, gebrauchte es Muret ohne Auctorität.

§. 2. *in stationibus*] *stationes* tabernae, porticus aut alia loca publica [alii loci publici], in quibus homines otiosi confabulandi causa convenire solebant. *Gierig.* Lib. II, 9, 5. domos *stationes*que circumeo.

praefationem] die Vorrede, was man vor der eigentlichen Rede sagt, wogegen *prooemium* den Eingang, die Einleitung für den behandelten Gegenstand bedeutet. Vgl. Lib. II, 3, 2. *praefationes* tersae mit §. 3. *prooemiatur* apte.

evolverit] aufgerollt, d. i. gelesen habe.

§. 3. *in palatio*] Man hüte sich unser Palast, großes Haus durch *palatium* zu geben. S. Grysar p. 340. Krebs Ant. p. 344.

inopinatum] auch *necopinatum*, aber nicht *non opinatum*. Die

quisque multo ante rogatus et identidem admonitus: aut non venit aut, si venit, queritur se diem, quia
5 non perdid[er]it, perdidisse. Sed tanto magis laudandi probandique sunt quos a scribendi recitandique studio haec auditorum vel desidia vel superbia
6 non retardat. Equidem prope nemini defui. Erant sane plerique amici: neque enim est fere quisquam
7 qui studia, ut non simul et nos amet. His ex causis longius quam destinaveram tempus in urbe consumsi. Possum iam repetere secessum et scribere aliquid quod non recitem, ne videar quorum recitationibus affui non auditor fuisse, sed creditor. Nam ut in ceteris rebus, ita in audiendi officio perit gratia, si reposcatur. Vale.

XLIX.

C. PLINIUS IUNIO MAURICO SUO S.

Petis, ut fratris tui filiae prospiciam maritum; quod merito mihi potissimum iniungis. Scis enim, quantopere summum illum virum suspexerim dilexerimque; quibus ille adolescentiam meam exhortationibus foverit, quibus etiam laudibus, ut laudandus
2 viderer, effecerit. Nihil est quod a te mandari mihi aut maius aut gratius, nihil quod honestius a me

---

Form *inopinus* ist nachklassisch und fast nur dichterisch. Das Adv. ist *necopinato* oder *ex inopinato*, nachkl. *inopinate*, *inopinanter*. Den Dativ *recitanti* bei *venire* will Gierig durch *in honorem recitantis* erklären.

§. 6. *qui studia*] Das fehlende Verbum ist aus dem Folgesatze hinzuzudenken.

Ep. XLIX.

§. 1. *filiae prospiciam maritum*] *Prospicere* oder *providere alicui aliquid* bedeutet einem etwas verschaffen, für einen etwas sorgend herbeischaffen.

foverit] *Fovere* = *adiuvare*, *alere*, *conservare* aut *augere*. Man sagt aber nicht *fovere sententiam*, eine Meinung haben. Unklassisch scheint auch *fovere spem*. Krebs Ant. p. 227.

suscipi possit quam ut eligam iuvenem, ex quo nasci
3 nepotes Aruleno Rustico deceat. Qui quidem diu
quaerendus fuisset, nisi paratus et quasi provisus esset Minutius Acilianus, qui me ut iuvenis iuvenem (est enim minor pauculis annis) familiarissime diligit, reveretur ut senem. Nam ita formari a me et
4 institui cupit, ut a vobis ego solebam. Patria est ei
Brixia et illa nostra Italia, quae multum adhuc verecundiae, frugalitatis atque etiam rusticitatis antiquae retinet ac servat. Pater Minutius Macrinus, 5
equestris ordinis princeps, quia nihil altius voluit; allectus a divo Vespasiano inter Praetorios honestam quietem huic nostrae, ambitioni dicam an dignitati?
constantissime praetulit. Habet aviam maternam 6
Serranam Proculam e municipio Patavino. Nosti loci mores. Serrana tamen Patavinis quoque severitatis exemplum est. Contigit et avunculus ei P. Acilius, gravitate, prudentia, fide prope singulari. In summa, nihil erit in domo tota, quod non tibi tanquam in tua placeat. Aciliano vero ipsi pluri- 7
mum vigoris, industriae, quanquam in maxima verecundia. Quaesturam, Tribunatum, Praeturam honestissime percurrit, ac iam pro se tibi necessitatem

§. 2. *ex quo nasci*] Die Verba erzeugen, geboren werden, Kinder haben von Jemanden werden nicht mit *a*, sondern mit *ex* construirt.

§. 3. *formari*] wird im klassischen Latein nicht vom Ausbilden, Veredeln eines Menschen durch Unterricht gesagt, sondern *erudire* Krebs Ant. p. 225.

§. 4. *nostra Italia*] Italia transpadana, in qua est Comum et *Brixia*, hodie *Brescia*. *Gierig.*

§. 5. *allectus — Praetorios*] Suet. Vesp. c. 9. amplissimos ordines exhaustos varia caede supplevit, honestissimis quoque Italicorum ac provincialium allectis.

§. 7. *ambiendi*] absolut, wie Lib. II, 9, 5. Sonst findet man *ambire* mit dem Akkusativ der Person, aber statt des Plautinischen *ambire magistratum* sagt man in Prosa *petere magistratum*, *consulatum* u. a. Daß aber zu dem Akkus. der Person noch ein Akk. der Sache treten könne, erhellt aus der passiven Construction *cives magistratus ambiuntur*. Krebs Ant. p. 105. Grysar p. 208., wo auch über *ambitio* und *ambitus* das Nöthige beigebracht ist.

8 ambiendi remisit. Est illi facies liberalis, multo sanguine, multo rubore suffusa: est ingenua totius corporis pulchritudo et quidam senatorius decor. Quae ego nequaquam arbitror negligenda: debet enim hoc castitati puellarum quasi praemium dari.
9 Nescio an adiiciam esse patri eius amplas facultates. Nam cum imaginor vos, quibus quaerimus generum, silendum de facultatibus puto: cum publicos mores atque etiam leges civitatis intueor, quae vel in primis census hominum spectandos arbitrantur, ne id quidem praetereundum videtur. Et sane de posteris, et his pluribus, cogitanti hic quoque in conditioni-
10 bus deligendis ponendus est calculus. Tu fortasse me putes indulsisse amori meo supraque ista quam res patitur sustulisse. At ego fide mea spondeo, futurum ut omnia longe ampliora quam a me praedicantur invenias. Diligo quidem adolescentem ardentissime, sicut meretur: sed hoc ipsum amantis est, non onerare eum laudibus. Vale.

---

§. 9. *esse patri*] ist nicht dasselbe, was *esse patris*. Vgl. Krebs Ant. p. 201.

leges civitatis] Vgl. Sueton. Aug. 41. Domit. 8.

praetereundum] Vollständig *praeterire silentio*; aber *praetermittere* verträgt jenen Zusatz nicht.

et his pluribus] und zwar an eine zahlreiche Nachkommenschaft.

hic quoque — calculus] so ist auch dieser Punkt bei der Wahl einer Partie in Anschlag zu bringen (zu berechnen). Für *calculum ponere* sagt man auch *calculos subducere*, *ad calculum (calculos) vocare*; aber *calculare* ist spätlateinisch, wiewohl *calculator* statt des klassischen *ratiocinator* bei den Nachklassikern in Gebrauch war.

§. 10. *supra — quam res patitur*] = *supra verum*. Cic. Orat. 40. Saepe rem dicendo subiiciet oculis; saepe supra feret quam fieri possit. — Mit *ista* sind die oben gerühmten Vorzüge gemeint.

spondeo futurum, ut — invenias] Zumpt §. 594.

Diligo — amantis est] Vorher *amor*. Es ist also auf den Unterschied zwischen *diligere* und *amare* hier keine Rücksicht genommen.

onerare eum laudibus] *Onerant* nos laudes, quae nimiam virtutum nostrarum exspectationem aliis iniiciunt, cui satisfacere haud possumus. *Gierig*.

L.

C. PLINIUS BEBIO HISPANO SUO S.

Tranquillus, contubernalis meus, vult emere
agellum, quem venditare amicus tuus dicitur. Rogo 2
cures quanti aequum est emat: ita enim delectabit
emisse. Nam mala emtio semper ingrata, eo maxi-
me quod exprobrare stultitiam domino videtur. In 3
hoc autem agello (si modo arriserit pretium) Tran-
quilli mei stomachum multa solicitant, vicinitas ur-
bis, opportunitas viae, mediocritas villae, modus
ruris qui avocet magis quam distringat. Scholasti- 4
cis porro dominis, ut hic est, sufficit abunde tantum
soli, ut relevare caput, reficere oculos, reptare per
limitem unamque semitam terere omnesque viticulas
suas nosse et numerare arbusculas possint. Haec 5
tibi exposui, quo magis scires, quantum esset ille
[illegible]

Ep. L.

§. 1. *contubernalis*] Lib. X, 95, 1. Suetonium Tranquillum iam pridem in contubernium assumsi.

agellum] *praediolum.* Vgl. §. 5.

venditare] *venalem habere*, ist nicht gleichbedeutend mit *vendere*, sondern mit *velle vendere*.

§. 2. *Rogo cures — emat*] Sowohl *rogare* als *curare* kann mit dem bloßen Conjunctiv ohne *ut* construirt werden. Zumpt §. 624.

delectabit] absolute, ut alias *iuvabit*. Cic. de Orat. II, 8. *venisse delectat.* Gierig.

§. 3. *arriserit*] „*Arridere*, anlachen u. s. w., wird verbunden mit dem Dativ. In der bildlichen Bedeutung günstig sein kommt es zwar bei den Klassikern nicht vor, aber doch bei Dichtern und Nachklassikern, und die Nachahmung ist nicht verwerflich. In der Bedeutung gefallen, worin wir unser anlachen brauchen, wurde es von Einigen als unlateinisch verworfen, kommt aber bei Cic. Att. V, 9. vor: quod (verbum) valde mihi *arriserat*.“ Krebs Ant. p. 115.

villae] ist bloß von den Gebäuden zu verstehen.

§. 4. *Scholasticis*] Dieses nachklassische Wort wird auch von Quintilian gebraucht. — Ueber das folgende *porro* s. die kritische Anmerk. zu XVIII, 4.

sufficit abunde] Lib. IV, 12, 5. Quamvis enim *abunde sufficiat* illi, quod est — probatus. Mit Unrecht behauptet Krebs Ant. p. 466., daß *sufficere* in der Bedeutung *satis esse*, *suppetere*, *suppeditare* auch von den Nachklassikern sehr selten gebraucht werde, da es bei Plinius und Quintilian äußerst häufig vorkommt.

mihi, ego tibi debiturus, si praediolum istud, quod commendatur his dotibus, tam salubriter emerit, ut poenitentiae locum non relinquat. Vale.

LI.

C. PLINIUS CALVISIO SUO S.

Assem para et accipe auream fabulam: fabulas immo. (Nam me priorum nova admonuit; nec refert
2 a qua potissimum incipiam.) Verania Pisonis graviter iacebat, huius dico Pisonis, quem Galba adoptavit. Ad hanc Regulus venit. Primum impudentiam hominis, qui venerit ad aegram, cuius marito inimi-
3 cissimus, ipsi invisissimus fuerat! Esto, si venit tantum: at ille etiam proximus toro sedit, quo die, qua hora nata esset, interrogavit. Ubi audivit, componit vultum, intendit oculos, movet labra, agitat digitos, computat, nihil nisi ut diu miseram ex-
4 spectatione suspendat. *Habes*, inquit, *climactericum tempus, sed evades. Quod ut tibi magis liqueat, haruspicem consulam, quem sum frequenter*
5 *expertus*. Nec mora: sacrificium facit, affirmat exta

---

§. 5. *tam salubriter emerit*] Durch diese Stelle läßt sich der vom Ernesti in Narrat. de Gesnero gebrauchte Ausdruck *salubritas emptionis*, der wohlfeile Kauf, rechtfertigen. S. Matthiae in Cic. Mil. 26, 69. vgl. mit Exempla eloquent. p. 227.

Ep. LI.

§. 1. *auream fabulam*] Aureus wird im bildlichen Sinne für vortrefflich, schön, von den Klassikern nicht gebraucht, nur daß Cicero *aureolum* von einem *libellus* und einer *oratiuncula* sagt." Krebs Ant. p. 121.

§. 2. *Verania Pisonis*] scil. *uxor*. S. zu XXX, 8.

graviter iacebat] lag schwer darnieder. Ebenso *cubare* und *decumbere* von Kranken.

huius dico Pisonis] S. zu XI, 4.

qui venerit] In dem Relativsatze ist der Grund des vorhergehenden enthalten. Zumpt §. 564.

ipsi] scil. *Veraniae*. Schott übersetzt: „deren Gatten Todfeind, und welchem er selbst so verhaßt war." Was heißt das?

§. 4. *climactericum tempus*] ein Stufenjahr, wie z. B. das 49ste und 63ste Lebensjahr.

cum sidera tum significatione congruere. Illa, ut in periculo, credula poscit codicillos: legatum Regulo scribit: mox ingravescit: clamat moriens hominem nequam, perfidum ac plus etiam quam periurum, qui sibi per salutem filii peierasset. Facit hoc Regu- 6
lus non minus scelerate quam frequenter, quod iram deorum, quos ipse quotidie fallit, in caput infelicis pueri detestatur. Velleius Blaesus, ille locuples 7
consularis, novissima valetudine conflictabatur: cupiebat mutare testamentum. Regulus, qui speraret aliquid ex novis tabulis, quia nuper captare eum coeperat, medicos hortari, rogare, quoquo modo spiritum homini prorogarent. Postquam signatum 8
est testamentum, mutat personam, vertit allocutionem iisdemque medicis: *Quousque,* inquit, *miserum cruciatis? quid invidetis bona morte, cui vitam dare non potestis?* Moritur Blaesus: et tanquam omnia audisset, Regulo ne tantulum quidem. Suf- 9
ficiunt duae fabulae: an scholastica lege tertiam

§. 5. *ut in periculo*] S. zu IV, 8.

codicillos] codices ceratos minoris formae, in quibus testatores voluntatem suam sine ulla sollemnitate declarabant. *Gierig.* Vgl. Lib. II, 16, 1. Die *codicilli,* Schreibtäfelchen, dienten dem Römer zum Aufzeichnen eines jedem ihm bemerkenswerthen Dinges, wenn dieß mit Schnelligkeit geschehen sollte. Grysar p. 245.

ingravescit] sie wird kränker. Gebräuchlicher ist *ingravescit morbus* (IV, 5. Ebend. §. 9. *increscit valetudo*); doch kann *ingravescere* auch auf die erkrankte Person bezogen werden.

hominem nequam etc.] Diese Worte können nicht als ein direkter Ausruf angesehen werden, weil es sonst im Folgenden *qui mihi — peieraverit* heißen müßte. Daher darf auch nicht *o hom. nequam* geschrieben werden. Für *peierare* sagten die ältern Römer *periurare.*

§. 7. *prorogarent*] sinnverwandt mit *prorogare* und *prolatare.* S. Grysar p. 210.

§. 8. *personam*] die Rolle. Grysar p. 346—347. Krebs Ant. p. 357.

Regulo ne tantulum quidem] sc. *legaverat.*

§. 9. *scholastica lege*] Schott übersetzt: nach der Weise der Scholastiker, und fügt erklärend hinzu: „Die Scholastiker (Lehrer der Redekunst) pflegten die Vorträge in drei Abschnitte zu theilen.“ Gierig meint, drei sei vielleicht in den Rhetorschulen die übliche Zahl bei Anführung von Beispielen und Argumenten gewesen

10 poscis? Est unde fiat. Aurelia, ornata femina, signatura testamentum sumserat pulcherrimas tunicas. Regulus cum venisset ad signandum, *Rogo*, inquit, *has mihi leges*. Aurelia ludere hominem
11 putabat; ille serio instabat. Ne multa: coegit mulierem aperire tabulas, ac sibi tunicas, quas erat induta, legare: observavit scribentem, inspexit an scripsisset. Et Aurelia quidem vivit: ille tamen istud tanquam morituram coegit. Et hic hereditates,
12 hic legata, quasi mereatur, accipit! *Ἀλλὰ τί διατείνομαι* in ea civitate in qua iampridem non minora praemia, immo maiora, nequitia et improbitas quam
13 pudor et virtus habent? Aspice Regulum, qui ex paupere et tenui ad tantas opes per flagitia processit, ut ipse mihi dixerit, cum consuleret, quam cito sestertium sexcenties impleturus esset, invenisse se

---

§. 10. *tunicas*] mit der Bedeutung des Singulars, wie LV, 2. ornatus adolescens *solutis tunicis*. Quintil. XI, 3, 138. *tunicae* prioribus oris infra genua paulum, posterioribus ad medios poplites perveniant. Vgl. hier §. 11.

serio] „Der Ablativ *serio*, im Ernst, wiewohl erst bei Livius, ist nicht zu verwerfen, wiewohl dafür oft *vere*, *ex animo*, *non simulate* u. a." Krebs Ant. p. 446.

§. 11. *Ne multa*] Auch *ne multis*; *ne plura*; *quid multa? quid plura?* Zumpt §. 769.

quas erat induta] Den besonders in der Dichtersprache häufigen Akkusativ bei den Passiven der Verba bekleiden oder anziehen und ausziehen erklärt Zumpt §. 458.

istud — coegit] Quintil. II, 17, 9. quia *id* valetudo ipsa *coegerat*. XI, 3, 13. mala vel imbecilla (vox) et inhibet multa — et *aliqua cogit*. In einigen Stellen des Plinius, nämlich Lib. VIII, 6, 3. nemo tam miser est, ut *illa cogatur*, und Paneg. 6. quod *nihil cogitur*, sieht man von fremder Hand vor dem Pronomen *ad* eingeschoben.

§. 12. *Ἀλλὰ τί διατείνομαι*] Doch warum ereifere ich mich.

§. 13. *ex paupere — processit*] So werden besonders *facere*, *fieri*, *esse*, *exsistere*, um eine Aenderung des frühern Zustandes zu bezeichnen, mit *ex* verbunden. Terent. Andr. I, 1, 10. Feci *ex servo ut esses libertus* mihi, wo Ruhnken. dict. zu vergleichen.

cum consuleret] *Consulere* absolute poni de iis qui consilium petunt ab haruspicibus et oraculis, docet Corte. Vgl. §. 4. *haruspicem consulam*. Lib. VI, 2, 2. semper haruspices consulebat (Regulus) de actionis eventu.

sestertium sexcenties] d. i. *sexcenties centena millia sestertiorum*.

sexta duplicia, quibus portendi millies et ducenties habiturum. Et habebit, si modo, ut coepit, aliena 14 testamenta, quod est improbissimum genus falsi, ipsis, quorum sunt illa, dictaverit. Vale.

LII.

C. PLINIUS CALVISIO SUO S.

Nescio an ullum iucundius tempus exegerim quam quo nuper apud Spurinnam fui; adeo quidem, ut neminem magis in senectute (si modo senescere datum est) aemulari velim: nihil est enim illo vitae genere distinctius. Me autem ut certus siderum cur- 2 sus, ita vita hominum disposita delectat, senum praesertim. Nam iuvenes adhuc confusa quaedam et quasi turbata non indecent: senibus placida omnia et ordinata conveniunt, quibus industria sera, turpis ambitio est. Hanc regulam Spurinna constantissime 3 servat; quin etiam parva haec (parva, si non quotidie fiant) ordine quodam et velut orbe circumagit. Mane lectulo continetur: hora secunda calceos poscit: 4 ambulat millia passuum tria. Nec minus animum quam corpus exercet. Si assunt amici, honestissimi sermones explicantur: si non, liber legitur: interdum etiam praesentibus amicis, si tamen illi non

---

rum. S. Grysar p. 134. Zumpt §. 878. Das Doppelte dieser Summe wird durch *sestertium millies et ducenties* ausgedrückt.

habiturum] Daß *se* am häufigsten beim Inf. Fut. ausgelassen werde, haben wir schon oben erinnert.

Ep. LII.

§. 1. *adeo quidem*] sc. *iucunde tempus exegi*.

§. 2. *confusa — turbata*] *confusa*, quae non satis distinguuntur ordine et tempore, *turbata*, quae raptim et tumultuaria opera fiunt. His opp. *placida*, illis *ordinata*. Gierig. Dergleichen Chiasmen haben wir schon öfter angemerkt.

§. 3. *parva haec*] diese Kleinigkeiten, die in §. 4. aufgezählt werden. Ueber das folgende *circumagit* s. zu XXX, 12.

§. 4. *si non*] Zumpt §. 343. lehrt, daß unser wenn aber nicht (wo nicht) mit ausgelassenem Verbum in Prosa nie durch *si non*, sondern durch *sin minus* oder *sin aliter* ausgedrückt werde.

5 gravantur. Deinde considit, et liber rursus aut sermo libro potior: mox vehiculum ascendit: assumit uxorem singularis exempli vel aliquem amicorum, ut
6 me proxime. Quam pulchrum illud, quam dulce secretum! quantum ibi antiquitatis! quae facta, quos viros audias, quibus praeceptis imbuare! quamvis ille hoc temperamentum modestiae suae indixe-
7 rit, ne praecipere videatur. Peractis septem millibus passuum iterum ambulat mille, iterum residit vel se cubiculo ac stilo reddit. Scribit enim, et quidem utraque lingua, lyrica doctissime. Mira illis dulcedo, mira suavitas, mira hilaritas: cuius gratiam
8 cumulat sanctitas scribentis. Ubi hora balnei nuntiata est (est autem hieme nona, aestate octava) in sole, si caret vento, ambulat nudus. Deinde movetur pila vehementer et diu: nam hoc quoque exercitationis genere pugnat cum senectute. Illinc accubat et paulisper cibum differt; interim audit legentem remissius aliquid et dulcius. Per hoc omne tempus liberum est amicis vel eadem facere vel alia, si
9 malint. Apponitur coena non minus nitida quam frugi in argento puro et antiquo. Sunt in usu et Corinthia, quibus delectatur nec afficitur. Frequenter comoedis coena distinguitur, ut voluptates quoque studiis condiantur. Sumit aliquid de nocte et

---

§. 6. *secretum*] Quod cum uno comite vehitur. *Gesn.*

quos viros audias] = *de quibus viris audias.* Diese letztere Construction ist zwar die regelmäßige, würde aber hier, wo der Akkusativ *quae facta* vorangeht, zu weitschweifig gewesen sein.

§. 7. *utraque lingua*] Graeca et Latina.

§. 9. *in argento — antiquo*] Lautiores habebant vasa et caelata et antiqua i. e. antiquorum artificum, qui praestantiores fuerant recentioribus.

Corinthia] Mit den Corinthischen Gefäßen, einer Mischung aus Gold, Silber und Kupfer, trieben die Römer großen Luxus.

nec afficitur] non aliquo cum furore expetit et amat ista vasa. *Ernest.* Statt *nec* = *non tamen* wird in der adversativen Verneinung eines vorausgehenden affirmativen Gliedes bei guten Schriftstellern das einfache *non* gesetzt. Vgl. jedoch Quintil. X, 1, 104. Habet amatores *nec* imitatores.

aestate. Nemini hoc longum est: tanta comitate convivium trahitur. Inde illi post septimum et septua- 10
gesimum annum aurium oculorumque vigor integer; inde agile et vividum corpus, solaque ex senectute prudentia. Hanc ego vitam voto et cogitatione prae- 11
sumo, ingressurus avidissime, ut primum ratio aetatis receptui canere permiserit. Interim mille laboribus conteror, quorum mihi et solatium et exemplum est idem Spurinna. Nam ille quoque, quoad honestum fuit, obiit officia, gessit magistratus, provincias rexit multoque labore hoc otium meruit. Igitur 12
eundem mihi cursum, eundem terminum statuo: idque iam nunc apud te subsigno; ut, si me longius evehi videris, in ius voces ad hanc epistolam meam et quiescere iubeas, cum inertiae crimen effugero. Vale.

---

longum est] Nicht *nimis longum est*. Krebs Ant. p. 823.

§. 10. *solaque — prudentia*] incommodis senectutis non coniunctis. *Schaef.*

§. 11. *praesumo*] nachklassisch und dichterisch für *antecapio*, *praecipio*. Krebs Ant. p. 380.

receptui canere] Nicht *ad receptum canere*. Dichterisch ist *receptum* oder *receptus canere*.

mille laboribus] d. i. *infinitis lab.* So kommt *mille* und *millies* als hyperbolischer Ausdruck auch bei Cicero einigemal vor, wiewohl *sexcenti* und *sexcenties* üblicher sind. Vgl. Zumpt §. 692.

quoad honestum fuit] so lange es sich mit der Ehre vertrug. Vgl. §. 2. senibus — industria sera, turpis ambitio est. Ep. XXV, 4. quando per aetatem *honestum erit* etc. Schott übersetzt: so lange es die Ehre erforderte.

§. 12. *subsigno*] *fidem do*, veluti data syngrapha tibi spondeo. *Ernest.* In der Bedeutung untersiegeln hält es Krebs A. p. 465. für unerweislich statt *consignare*.

ad hanc epistolam] *vi huius ep.*, *propter hanc ep.* *Gierig.* Schott: daß du mich vor diesem Briefe belangest.

inertiae crimen] XXV, 4. quando secessus mei non *desidiae* nomen, sed *tranquillitatis* accipient.

LIII.

C. PLINIUS CORELLIAE HISPULLAE S.

Cum patrem tuum, gravissimum et sanctissi-
mum virum, suspexerim magis an amaverim dubi-
tem teque in memoriam eius et in honorem tuum
unice diligam: cupiam necesse est atque etiam quan-
tum in me fuerit enitar, ut filius tuus avo similis ex-
2 istat. Equidem malo materno; quamquam illi pa-
ternus etiam clarus spectatusque contigerit, pater
quoque et patruus illustri laude conspicui. Quibus
omnibus ita demum similis adolescet, si imbutus ho-
nestis artibus fuerit; quas plurimum refert a quo po-
3 tissimum accipiat. Adhuc illum pueritiae ratio in-
tra contubernium tuum tenuit; praeceptores domi
habuit, ubi est erroribus modica vel etiam nulla ma-
teria. Iam studia eius extra limen proferenda sunt,
iam circumspiciendus rhetor Latinus, cuius scholae
4 severitas, pudor, in primis castitas, constet. Ad-
est enim adolescenti nostro cum ceteris naturae for-
tunaeque dotibus eximia corporis pulchritudo, cui
in

---

§. 1. *in memoriam eius* etc.] statt der Absichtssätze: *ut memoriam eius recolam et honore te prosequar.* Man sage aber nicht *in memoriam*, *in honorem*, *in laudem alicuius dicere*, *scribere* u. a., auf jemand eine Gedächtnißrede halten u. s. w. Hand Lehrbuch S. 169. Krebs Ant. p. 257., wo statt dessen aus Cicero *alicuius honoris*, *laudis*, *gratiae causa* nachgewiesen wird.

unice] einzig, d. i. vorzüglich, außerordentlich, *prae ceteris*, wird gern mit den Verben *amare*, *diligere*, *laudare*, *commendare* verbunden. In dem Sinne von allein, nur ist es unlateinisch.

avo similis] Auch bei Bezeichnung einer innern Aehnlichkeit wird *similis* oft mit dem Dativ gefunden. §. 2. *Quibus omnibus — similis.* Zumpt §. 411. Vgl. Hand Lehrb. p. 248. — *existere* ist nie gleichbedeutend mit *esse*. Krebs Ant. p. 214.

§. 2. *malo*] Nicht *malim* oder gar *mallem*. Krebs Ant. §. 61. p. 83. — Unter *avus maternus* ist *Corellius* zu verstehen. S. Ep. IV.

conspicui] nachklassisch und poetisch für *insignes*, *praestantes*, *eximii* u. a.

§. 4. *Adest*] wird fast nur von lebenden Wesen gesagt; doch findet es sich bisweilen auch bei den Klassikern bei leblosen Wesen und abstrakten Begriffen, wie hier.

in

in hoc lubrico aetatis non praeceptor modo, sed cu-
stos etiam rectorque quaerendus est. Videor ergo 5
demonstrare tibi posse Iulium Genitorem. Amatur
a me: iudicio tamen meo non obstat caritas hominis,
quae ex iudicio nata est. Vir est emendatus et gra-
vis: paulo etiam horridior et durior, ut in hac licen-
tia temporum. Quantum eloquentia valeat, pluri- 6
bus credere potes. Nam dicendi facultas aperta et
exposita statim cernitur: vita hominum altos reces-
sus magnasque latebras habet; cuius pro Genitore
me sponsorem accipe. Nihil ex hoc viro filius tuus
audiet nisi profuturum; nihil discet quod nescisse
rectius fuerit. Nec minus saepe ab illo quam a te 7
meque admonebitur, quibus imaginibus oneretur,
quae nomina et quanta sustineat. Proinde faventi-
bus diis trade eum praeceptori, a quo mores pri-
mum, mox eloquentiam discat, quae male sine mo-
ribus discitur. Vale.

---

in hoc lubrico aetatis] Das Substantiv *lubricitas* ist neulateinisch: die Alten gebrauchten dafür *lubricum*. Appulei. Metam. XI. p. 782. Oudend. *lubrico virentis aetatulae*. Tacit. Hist. I, 79. *lubricum itineris*.

§. 5. *Vir — emendatus*] kommt auch bei Horaz vor, aber nicht bei Cicero, der nur *mores emendati* u. dgl. sagt. Vgl. Krebs Ant. p. 197.

ut in hac lic. t.] *Ut* ita ponitur a Latinis, cum monere volunt lectorem, non universe et simpliciter capienda esse quae dicant, sed comparate. *Gierig*. S. zu V, 4.

§. 6. *altos recessus* etc.] Cic. Marc. 7. Cum in animis hominum tantae *latebrae* sint et tanti *recessus*.

nescisse] genauer als das Präsens *nescire*.

§. 7. *quibus imag. oneretur*] XXXVIII, 8. *onerat* te quaesturae tuae fama etc. In demselben Sinne *sustinere*.

mores primum] So gründet Quintilianus seine Institutio oratoria hauptsächlich auf eine sittliche Basis und motivirt darnach nicht nur im Einzelnen seine Ansprüche und Forderungen an Lehrer und Lernende, sondern erkennt auch in dem Wesen der Beredtsamkeit selbst das moralische Element als das höchste und überwiegende; ihm, wie dem alten Cato, ist ein Redner vir bonus dicendi peritus. Westermann Geschichte der römischen Beredts. p. 259.

LIV.

C. PLINIUS MINUTIANO SUO S.

Audistine Valerium Licinianum in Sicilia profiteri? Nondum te puto audisse: est enim recens nuntius. Praetorius hic modo inter eloquentissimos causarum actores habebatur: nunc eo decidit, ut exsul de senatore, rhetor de oratore fieret. Itaque ipse
2 sul de senatore, rhetor de oratore fieret. Itaque ipse in praefatione dixit dolenter et graviter: *Quos tibi, Fortuna, ludos facis? Facis enim ex professoribus senatores, ex senatoribus professores.* Cui sententiae tantum bilis, tantum amaritudinis inest, ut mihi videatur ideo professus, ut hoc diceret.
3 Idem cum Graeco pallio amictus intrasset (carent enim togae iure quibus aqua et igni interdictum est), postquam se composuit circumspexitque habitum
4 suum: *Latine*, inquit, *declamaturus sum.* Dices, Tristia et miseranda: dignus tamen ille, qui haec
5 ipsa studia incesti scelere maculaverit. Confessus est quidem incestum: sed incertum, utrum quia verum

---

Ep. LIV.

§. 2. *in praefatione*] in der Vorrede, womit er seinen Unterricht in der Rhetorik eröffnete, also Eröffnungsrede. Vgl. §. 14.

Facis enim etc.] Wer denkt hierbei nicht an das gleiche Schicksal des jetzigen Königs der Franzosen? Auch der vertriebene Tyrann Dionysius mußte sich sein Brot durch Unterricht verdienen.

Cui sententiae — inest] klassisch: *In qua sententia inest.*

§. 3. *quibus aqua et igni interd.*] Eine feststehende Formel, obgleich man sonst neben der Construction *interdicere alicui aliqua re* auch *interdicere alicui aliquid*, freilich seltener, findet.

postquam se composuit] nachdem er seinen Anzug geordnet. Schott. Quintil. XI, 3, 136. Leniter consurgendum, tum in *componenda toga*, vel si necesse sit, ex integro iniicienda paulum est commorandum, ut et amictus sit decentior et paulum spatii ad cogitandum.

Latine declamaturus sum] non Graece, ut habitus videtur polliceri. Etiam hoc acerbe et amare. *Schaefer.*

§. 4. *dignus — maculaverit*] Diese Worte gehören noch zu denen, welche Plinius dem Minutianus in den Mund legt.

incesti scelere] hier von der Unzucht mit einer Vestalin zu verstehen. Vgl. §. 6.

erat an quia graviora metuebat, si negasset. Freme-
bat enim Domitianus aestuabatque ingenti invidia,
destitutus. Nam cum Corneliam, maximam Vesta- 6
lem, defodere vivam concupisset, ut qui illustrari
seculum suum eiusmodi exemplo arbitraretur, pon-
tificis maximi iure seu potius immanitate tyranni,
licentia domini reliquos pontifices non in Regiam,
sed in Albanam villam convocavit. Nec minore sce-
lere quam quod ulcisci videbatur absentem inaudi-
tamque damnavit incesti, cum ipse fratris filiam in-
cesto non polluisset solum, verum etiam occidisset:
nam vidua abortu periit. Missi statim pontifices, 7
qui defodiendam necandamque curarent. Illa nunc
ad Vestam nunc ad ceteros deos manus tendens mul-
ta, sed hoc frequentissime clamitabat: *Me Caesar
incestam putat, qua sacra faciente vicit, trium-
phavit.* Blandiens haec an irridens, ex fiducia sui 8
an ex contemtu Principis dixerit dubium est. Dixit,
donec ad supplicium, nescio an innocens, certe tan-
quam innocens ducta est. Quin etiam cum in illud 9
subterraneum cubiculum demitteretur haesissetque
descendenti stola, vertit se ac recollegit; cumque ei

---

§. 5. *graviora metuebat*] §. 11. Ille — praemonetur, si comitium et virgas pati nollet, ad confessionem confugeret quasi ad veniam.

Fremebat — destitutus] sc. a testibus ad convincendam Corneliam. §. 11. Ardebat ergo Domitianus et crudelitatis et iniquitatis infamia.

§. 6. *defodere*] Sueton. Domit. 8. Corneliam, virginem maximam, absolutam olim, dehinc longo intervallo repetitam atque convictam, defodi imperavit stupratoresque virgis in comitio ad necem caedi, excepto praetorio viro (sc. Liciniano), cui dubia etiam tum causa et incertis quaestionibus atque tormentis de semet professo exsilium indulsit.

seculum suum] tempus imperii sui, seine Regierung.

Regiam] Servius ad Aen. 8, 363.: Domus in qua Pontifex habitat *Regia* dicitur, quod in ea Rex sacrificulus habitare consuesset.

occidisset] Suet. Dom. 22. ut etiam causa mortis exstiterit coactae conceptum a se abigere.

§. 7. *defodiendam — curarent*] Zumpt §. 653.

carnifex manum daret, aversata est et resiluit, foedumque contagium quasi plane a casto puroque corpore novissima sanctitate reiecit, omnibusque numeris pudoris *πολλὴν πρόνοιαν εἶχεν εὐσχήμως πεσεῖν.*
10 Praeterea Celer, eques Romanus, cui Cornelia obiiciebatur, cum in comitio virgis caederetur, in hac
11 voce perstiterat: *Quid feci? Nihil feci.* Ardebat ergo Domitianus et crudelitatis et iniquitatis infamia. Arripit Licinianum, quod in agris suis occultasset Corneliae libertam: ille ab iis quibus erat curae praemonetur, si comitium et virgas pati nollet, ad con-
12 fessionem confugeret quasi ad veniam. Fecit. Locutus est pro absente Herennius Senecio tale quiddam quale est illud, *Κεῖται Πάτροκλος.* Ait enim: *Ex advocato nuntius factus sum. Recessit Licinia-*
13 *nus.* Gratum hoc Domitiano, adeo quidem, ut gaudio proderetur diceretque, *Absolvit nos Licinianus.* Adiecit etiam, *non esse verecundiae eius instandum.* Ipsi vero permisit, si qua posset, ex rebus suis raperet, antequam bona publicarentur;
14 exilium molle velut praemium dedit. Ex quo tamen

---

§. 9. *novissima sanctitate*] novissimum sanctitatis signum exhibens. *Gierig.*

πολλὴν — πεσεῖν] *multam curam habuit, decenter ut caderet.* Der Vers ist aus Euripides Hecuba 568. Vgl. Ovid. Met. XIII, 479. Fast. II, 833.

§ 10. *Cornelia obiiciebatur*] = Corneliae incestus obiiciebatur.

cum in comitio virgis caederetur] Liv. XXII, 57. L. Catilius, qui cum Floronia stuprum fecerat, a Pontifice maximo eo usque *virgis in comitio caesus erat*, ut inter verbera exspiraret.

§. 11. *Arripit*] iratus increpat et accusat. *Ernesti.* Er fiel nun über den Licinianus her. Schott.

comitium et virgas] Eine Hendiadys statt *virgas in comitio.*

§. 12. *Κεῖται Πάτροκλος*] gefallen ist Patroklus. Mit diesen kurzen Worten meldet Antilochus bei Homer. Il. VI, 20. dem Achilleus den Tod des Patroklus. Vgl. Quintil. X, 1, 49.

§. 13. *Non esse — instandum*] Man müsse seinem Schaamgefühl nicht weiter zusetzen, man müsse ihm weitere Beschämung ersparen, indem man ihn nämlich nicht zwänge, die Einzelnheiten seines Vergehens zu bekennen.

exiliumque molle] in loco hospitali, ubi Licinianus rebus suis

postea clementia divi Nervae translatus est in Siciliam, ubi nunc profitetur seque de fortuna praefationibus vindicat. Vides quam obsequenter paream 15
tibi, qui non solum res urbanas, verum etiam peregrinas tam sedulo scribo, ut altius repetam. Et sane putabam te, quia tunc abfuisti, nihil aliud de Liciniano audisse quam relegatum ob incestum. Summam enim rerum nuntiat fama, non ordinem. Me- 16
reor, ut vicissim, quid in oppido tuo, quid in finitimis agatur (solent enim notabilia quaedam incidere) perscribas: denique quidquid voles, dummodo non minus longa epistola nunties. Ego non paginas tantum, sed etiam versus syllabasque numerabo. Vale.

LV.

C. PLINIUS VALERIO PAULINO SUO S.

Gaude meo, gaude tuo, gaude etiam publico nomine. Adhuc honor studiis durat. Proxime cum dicturus apud centumviros essem, adeundi mihi locus nisi a tribunali, nisi per ipsos iudices non fuit: tanta stipatione cetera tenebantur. Ad hoc quidam 2
ornatus adolescens scissis tunicis, ut in frequentia solet fieri, sola velatus toga perstitit, et quidem horis septem. Nam tamdiu dixi magno cum labore, sed maiore cum fructu. Studeamus ergo nec desi- 3
diae nostrae praetendamus alienam. Sunt qui audiant, sunt qui legant: nos modo dignum aliquid auribus, dignum chartis elaboremus. Vale.

---

non prorsus exutus vitam, ut exul, satis commode degere posset. Longe tamen praeferenda commoratio in Sicilia. *Schaefer.*

§. 14. *se — vindicat*] Mit derselben Construction Florus III, 21, 19. ut Sulla *de Mario vindicaretur.*

§. 15. *obsequenter*] kommt auch bei Livius, nicht aber bei Cicero vor.

Ep. LV.

§. 3. *desidiae — alienam*] desidiam nostram excusemus infrequentia auditorum et lectorum. *Gierig.*

LVI.

C. PLINIUS HISPULLAE SUAE S.

Cum sis pietatis exemplum fratremque optimum et amantissimum tui pari caritate dilexeris, filiamque eius ut tuam diligas, nec tantum amitae ei, verum etiam patris amissi affectum repraesentes: non dubito maximo tibi gaudio fore, cum cognoveris di-
2 gnam patre, dignam te, dignam avo evadere. Summum est acumen, summa frugalitas. Amat me, quod castitatis indicium est. Accedit his studium litterarum, quod ex mei caritate concepit. Meos
3 libellos habet, lectitat, ediscit etiam. Qua illa sollicitudine, cum videor acturus, quanto, cum egi, gaudio afficitur! Disponit qui nuntient sibi, quem assensum, quos clamores excitarim, quem eventum iudicii tulerim. Eadem, si quando recito, in proximo, discreta velo, sedet laudesque nostras avidissi-
4 mis auribus excipit. Versus quidem meos cantat formatque cithara, non artifice aliquo docente, sed
5 amore, qui magister est optimus. His ex causis in spem certissimam adducor, perpetuam nobis maioremque in dies futuram esse concordiam. Non enim aetatem meam aut corpus, quae paulatim occidunt
6 ac senescunt, sed gloriam diligit. Nec aliud decet tuis manibus educatam, tuis praeceptis institutam: quae nihil in contubernio tuo viderit, nisi sanctum

---

Ep. LVI.

§. 1. *pietatis exemplum*] ein Muster der Verwandtenliebe.

filiam] *Calpurniam*, die zweite noch sehr jugendliche Gattin des Plinius, welche von ihrer Tante Hispulla erzogen worden war. Vgl. §. 6.

§. 2. *Meos libellos*] *libros a me scriptos*, wie §. 3. *versus meos*.

§. 3. *videor*] hier in der seltenern Bedeutung gesehen werden. Daher *videor acturus* = *paro me ad agendum*.

§. 4. *formatque cithara*] und begleitet sie mit der Cither, *ad sonum citharae modulatur*.

honestumque, quae denique amare me ex tua praedicatione consueverit. Nam cum matrem meam pa- 7
rentis loco venerarere, me quoque a pueritia statim formare, laudare, talemque qualis nunc uxori meae videor ominari solebas. Certatim ergo tibi gratias 8
agimus: ego, quod illam mihi, illa, quod me sibi dederis, quasi invicem elegeris. Vale.

LVII.

C. PLINIUS PAULINO SUO S.

Video quam molliter tuos habeas: quo simplicius tibi confitebor, qua indulgentia meos tractem. Est mihi semper in animo et Homericum illud, πα- 2
τὴρ δ' ὥς ἤπιος ἦεν, et hoc nostrum, *pater familiae*. Quod si essem natura asperior et durior, frangeret me tamen infirmitas liberti mei Zosimi, cui tanto maior humanitas exhibenda est, quanto nunc illa magis eget. Est homo probus, officiosus, 3
litteratus: et ars quidem eius et quasi inscriptio co-

---

§. 7. *talemque — ominari*] und die Erwartungen von mir zu äußern, die meiner Gattin jetzt erfüllt erscheinen. Schott.

§. 8. *quasi invicem elegeris*] als hättest Du uns Beide für einander gewählt. Schott.

Ep. LVII.

§. 1. *tuos — meos*] Deine — meine Leute (*servos et libertos*). Lib. V, 6, 46. *Mei* quoque nusquam salubrius degunt.

§. 2. πατὴρ δ' ὥς ἤπιος ἦεν] er war aber mild wie ein Vater. Diese Worte gebraucht Telemachos von seinem Vater Odysseus bei Hom. Odyss. II, 47. Ebend. V. 234. wiederholt sie Mentor.

pater familiae] Hausherr. Das Wort *familia* bedeutet nicht wie unser Familie s. v. a. Frau und Kinder. Man vgl. die Lexica.

Quodsi] Wenn aber auch, ja wenn auch. Zumpt §. 342. Anm.

frangeret] *vel invitum commoveret.*

§. 3. *inscriptio*] *titulus.* Anspielung auf das Täfelchen, welches man dem Sklaven, den man verkaufen wollte, an den Hals hing.

moedus, in qua plurimum facit. Nam pronuntiat acriter, sapienter, apte, decenter etiam; utitur et cithara perite ultra quam comoedo necesse est. Idem tam commode orationes et historias et carmina legit,
4 ut hoc solum didicisse videatur. Haec tibi sedulo exposui, quo magis scires, quam multa unus mihi et quam iucunda ministeria praestaret. Accedit longa iam caritas hominis, quam ipsa pericula auxerunt.
5 Est enim ita natura comparatum, ut nihil aeque amorem incitet et accendat quam carendi metus;
6 quem ego pro hoc non semel patior. Nam ante aliquot annos, dum intente instanterque pronuntiat, sanguinem reiecit, atque ob hoc in Aegyptum missus a me post longam peregrinationem confirmatus rediit nuper: deinde, dum per continuos dies nimis imperat voci, veteris infirmitatis tussicula admonitus
7 rursus sanguinem reddidit. Qua ex causa destinavi eum mittere in praedia tua, quae Foroiulii possides.

---

in qua pl. facit] in welcher (Schauspielerkunst) er sehr viel leistet. Lib. VI, 17, 5. qui aliquid in studiis faciunt.

pronuntiat acriter] er agirt lebhaft, sein Vortrag ist lebendig. Schott: „er spricht laut." Allein *pronuntiare* umfaßt hier zugleich das mit dem Sprechen verbundene Mienen- und Geberdenspiel, wie schon die Adverbien *sapienter*, mit Gefühl, *apte*, angemessen (den vorgestellten Charakteren), mit Wahrheit, *decenter*, mit schönem Anstande, zur Genüge beweisen.

ultra quam — necesse est] Sallust. Cat. XXV, 2. saltare elegantius quam necesse est probae.

§. 4. *scires — quam multa — praestaret*] Die Imperfekta dieser abhängigen Sätze sind im Deutschen gegen Präsentia zu vertauschen, wie LVIII, 2. Zumpt §. 514. — Wegen der Trennung der Worte quam multa — et quam iucunda s. Zumpt §. 700. Anm.

§. 5. *nihil aeque — quam*] XXVIII, 2. *nihil aeque ac*, welches letztere allein klassisch ist.

quem — patior] Lib. II, 9, 1. *quam pro me solicitudinem* non adii, quasi *pro me altero patior.* Wir sagen: Furcht (Angst) ausstehen.

§. 6. *in Aegyptum missus*] Den Schwindsüchtigen empfahlen die römischen Aerzte besonders Veränderung der Luft und weite Seereisen. Vgl. Celsus III, 22. Plin. N. H. XXXI, 6.

imperat voci] *Imperare* in der Bedeutung anstrengen, in Anspruch nehmen u. a. ist nachklassisch.

Audivi enim te saepe referentem esse ibi et aëra salubrem et lac huiusmodi curationibus accommodatissimum. Rogo ergo scribas tuis, ut illi villa, ut do- 8
mus pateat; offerant etiam sumtibus eius si quid opus erit. Erit autem opus medico. Est enim tam 9
parcus et continens, ut non solum delicias, verum etiam necessitates valetudinis frugalitate restringat. Ego proficiscenti tantum viatici dabo quantum sufficiat eunti in tua. Vale.

LVIII.

C. PLINIUS CALPURNIAE SUAE S.

Nunquam sum magis de occupationibus meis questus, quae me non sunt passae aut proficiscentem te valetudinis causa in Campaniam prosequi aut profectam e vestigio subsequi. Nunc enim praecipue 2
simul esse cupiebam, ut oculis meis crederem, quid viribus, quid corpusculo acquireres, ecquid denique secessus voluptates regionisque abundantiam inoffensa transmitteres. Equidem etiam fortem te non sine 3
cura desiderarem. Est enim suspensum et anxium de eo quem ardentissime diligas interdum nihil scire. Nunc vero me cum absentiae tum infirmitatis tuae 4

---

§. 8. *sumtibus eius*] auf seine Kosten, für sein Geld. Schott übersetzt: „und ihn mit dem versehen, was er braucht." Eben so unrichtig Seibt: „*sumtibus alicuius offerre*, Jemandes Aufwande allen Vorschub thun, Jemanden mit dem Nöthigen versehen." Vgl. den Schluß des Briefes.

Ep. LVIII.

§. 2. *Nunc*] scheint sich mit dem Imperfekt *cupiebam* nicht gut zu vertragen. Gierig will *Tunc* geschrieben wissen. Dagegen erklärt Schäfer jenes für richtig, da dieser Brief sogleich nach der Abreise der Calpurnia geschrieben sei.

ut oculis meis crederem] breviter dictum, *ut cum oculis meis cernerem, crederem*. Gierig.

§. 3. *suspensum et anxium*] hier in aktivem Sinne: beunruhigend und ängstigend. Auch unsere Sprache erlaubt zu sagen: es ist eine ängstliche Sache.

§. 4. *absentiae — ratio*] = *absentia*, tum *infirmitas tua*. So dient *ratio* häufig zu einer Umschreibung.

ratio incerta et varia solicitudine exterret. Vereor omnia, imaginor omnia, quaeque natura metuentium est, ea maxime mihi quae maxime abominor fingo.
5 Quo impensius rogo, ut timori meo quotidie singulis vel etiam binis epistolis consulas. Ero enim securior, dum lego; statimque timebo, cum legero. Vale.

LIX.

C. PLINIUS CALPURNIAE SUAE S.

Scribis te absentia mea non mediocriter affici unumque habere solatium, quod pro me libellos meos teneas, saepe etiam in vestigio meo colloces.
2 Gratum est, quod nos requiris, gratum, quod his fomentis acquiescis; invicem ego epistolas tuas lectito atque identidem in manus quasi novas sumo; sed eo
3 magis ad desiderium tui accendor. Nam cuius litterae tantum habent suavitatis, huius sermonibus quantum dulcedinis inest! Tu tamen quam frequentissime scribe, licet hoc ita me delectet, ut torqueat. Vale.

---

abominor] = *detestor*, *horreo*, kommt bei Cicero noch nicht vor. Krebs Ant. p. 74.

§. 5. *Quo impensius rogo*] *Impense rogare*, *orare*, *petere*, dringend bitten, ist nachklassisch statt *vehementer*, *etiam atque etiam*. Jedoch sagt Cicero *impensius aliquid facere* (Fam. XIII, 64.). Krebs Ant. p. 252.

timori — consulas] *timori occurras*, *medearis*.

Ep. LIX.

§. 1. *in vestigio meo*] an meine Stelle, an meinen Platz.

§. 2. *fomentis*] Cic. Tusc. II, 24. *solatia et fomenta summorum dolorum*.

quasi novas] als ob es neue (Briefe) wären.

§. 3. *licet hoc ita me delectet*, *ut torqueat*] ein Oxymoron: das Vergnügen, deine Briefe zu lesen, wird mir zur Qual.

LX.

C. PLINIUS ALBINO SUO S.

Cum venissem in socrus meae villam Alsiensem,
quae aliquando Rufi Verginii fuit, ipse mihi locus
optimi illius et maximi viri desiderium non sine do-
lore renovavit. Hunc enim [in]colere secessum at-
que etiam senectutis suae nidulum vocare consueve-
rat. Quocunque me contulissem, illum animus, 2
illum oculi requirebant. Libuit etiam monimentum
eius videre, et vidisse poenituit. Est enim adhuc
imperfectum: nec difficultas operis in causa modici
ac potius exigui, sed inertia eius cui cura mandata
est. Subit indignatio cum miseratione, post deci- 3
mum mortis annum reliquias neglectumque cinerem
sine titulo, sine nomine iacere, cuius memoria orbem
terrarum gloria pervagetur. At ille mandaverat ca- 4
veratque, ut divinum illud et immortale factum ver-
sibus inscriberetur:

HIC SITUS EST RUFUS, PULSO QUI VINDICE QUONDAM
IMPERIUM ASSERVIT NON SIBI, SED PATRIAE.

Ep. LX.

§. 1. *socrus*] Pompeiae Celerinae, Mutter der ersten Frau des Plinius. Vgl. Lib. I, 4.

§. 2. *in causa*] widerstreitet der von Krebs Ant. p. 135. aufgestellten Behauptung, daß *in causa esse*, Ursache sein, für *causam esse*, unlateinisch sei. Vgl. Quintil. VII, 1, 53. Tu *in causa* damnationis *fuisti*. XI, 2, 43. confirmat memoriam idem illud tempus, quod *esse in causa* solet oblivionis. XII, 5, 2. ipsam verecundiam multis *in causa fuisse*, ut bona ingenii studiique — consumerentur.

ac potius] Vgl. LXII, 3. quae tanta *sapientia?* quae immo pigritia, arrogantia, sinisteritas *ac potius amentia?*

§. 3. *Subit indignatio c. m.*] XXVII, 7. Quod *me* recordantem *miseratio subit*. Vgl. XLVI, 3. Lib. IV, 24, 1,

reliquias — iacere] daß die Reste und die Asche — vernachlässigt liegen.

§. 4. *caverat*] er hatte verordnet (in seinem Testamente). Vgl. LXXI, 1.

divinum — factum] die Ablehnung der Kaiserwürde. S. zu VI, 2.

Vindice] Iulius Vindex hatte sich als Proprätor von Gallien gegen

5 Tam rara in amicis fides, tam parata oblivio mortuorum, ut ipsi nobis debeamus etiam conditoria ex-
6 struere omniaque heredum officia praesumere. Nam cui non est verendum quod videmus accidisse Verginio? cuius iniuriam ut indigniorem, sic etiam notiorem ipsius claritas facit. Vale.

LXI.

C. PLINIUS ROMANO SUO S.

Mirificae rei non interfuisti; ne ego quidem: sed me recens fabula excepit. Passienus Paulus, splendidus eques Romanus et inprimis eruditus, scribit elegos. Gentilicium hoc illi: est enim municeps Propertii atque etiam inter maiores suos Pro-
2 pertium numerat. Is cum recitaret, ita coepit dicere: *Prisce, iubes* . . . Ad hoc Iavolenus Priscus

---

den Kaiser Nero aufgelehnt. Von L. Virginius Rufus total geschlagen, nahm er sich das Leben.

asseruit] statt des klassischen *arrogavit*. Krebs Ant. p. 116—17. — Verginius wollte, daß über die Besetzung des Thrones allein der römische Senat verfügen sollte.

§. 5. *praesumere*] = *ante facere*, nachklassisch.

Ep. LXI.

§. 1. *me recens fabula excepit*] est merus Latinismus. Ut *excepit eum bellum* apud Liv. I, 53, nil est nisi *gessit bellum*, sic *fabula recens me excepit* interpretaberis *audivi fabulam, cum adhuc recens esset*. Gierig.

Propertium] mit Nachdruck ist der Name wiederholt (statt *eum*). S. zu XX, 4. — Von *Passienus* giebt Plin. Lib. IX, 22, 1—2. folgende Schilderung: Vir est optimus, honestissimus, nostri amantissimus; praeterea in litteris veteres aemulatur, exprimit, reddit, *Propertium inprimis, a quo genus ducit*, vera soboles eoque simillima illi, in quo ille praecipuus. Si elegos eius in manus sumseris, leges opus tersum, molle, iucundum et plane in Propertii domo scriptum. Nuper ad lyrica deflexit, in quibus ita Horatium, ut in illis alterum effingit etc.

§. 2. *Prisce, iubes*] Credo primordium primi carminis, quod ille recitaret, fuisse *Prisce iubes?* ita ut alius Priscus, cui liber esset dedicatus, intelligeretur. Tanto maiorem risum audientium excutere debebat Iavoleni responsio. *Gierig*. Iavolenus Priscus war ein sehr berühmter Rechtsgelehrte. Neuere Juristen haben auf den Plinius wegen dieses Briefes viele Schmähungen gehäuft. Dessen ungeach-

(aderat enim, ut Paulo amicissimus) *Ego vero non iubeo.* Cogita, qui risus hominum, qui ioci. Est 3 omnino Priscus dubiae sanitatis: interest tamen officiis, adhibetur consiliis atque etiam ius civile publice respondet: quo magis quod tunc fecit et ridiculum et notabile fuit. Interim Paulo aliena deliratio ali- 4 quantum frigoris attulit. Tam solicite recitaturis providendum est non solum ut sint ipsi sani, verum etiam ut sanos adhibeant. Vale.

LXII.

C. PLINIUS RESTITUTO SUO S.

Indignatiunculam, quam in cuiusdam amici auditorio cepi, non possum mihi temperare quo mi-

---

tet, bemerkt Schott, ist die Anekdote ganz aus dem Leben gegriffen und ein Beleg, daß man schon im alten Rom, so wie heut zu Tage, ein sehr gelehrter Jurist, und im Leben doch ein seiner Besinnung nicht mächtiger und sehr abgeschmackter Mensch sein konnte.

§. 3. *dubiae sanitatis*] *Sanitas* wird meistens im tropischen Sinne gebraucht, so daß es Gesundheit des Geistes bedeutet. Schott: „Allerdings ist es zweifelhaft, ob es mit dem Priscus immer richtig ist." Vgl. §. 4.

interest tamen officiis] „doch bekleidet er Aemter." Schott. Allein *officium* in der Bedeutung Amt (*munus*, *magistratus*, *honos*) ist spätlateinisch, während es bei Plinius und den ältern Schriftstellern nur ein übertragenes Geschäft und dessen Besorgung bedeutet (vgl. XVIII, 1. Krebs Ant. p. 337.); an unserer Stelle sind Dienste, die man Freunden leistet aus Artigkeit, Höflichkeitserweisungen, Aufwartungen zu verstehen, wie VI, 8. XIV, 2. XLVI, 2. XLVIII, 7.

ius — respondet] Schon bei Cicero kommt der Ausdruck *ius respondere* neben dem üblichern *de iure respondere* (Rechtsgutachten geben) mehrmals vor.

§. 4. *Interim*] Inzwischen, indeß = bei alle dem, jedoch.

frigoris] hic ad auditores referendum, qui, mente ridiculo illo occupata, recitantem negligentius audirent. *Schaefer.*

adhibeant] *invitent* ad audiendas recitationes. Lib. I, 5, 4. me Regulus — cum recitaret librum, non *adhibuerat.*

Ep. LXII.

§. 1. *non possum mihi temperare, quominus*] Zumpt §. 540 am E., vgl. §. 543.

nus apud te, quia non contingit coram, per episto-
2 lam effundam. Recitabatur liber absolutissimus:
hunc duo aut tres, ut sibi et paucis videntur, diserti
surdis mutisque similes audiebant. Non labra di-
duxerunt, non moverunt manum, non denique as-
3 surrexerunt, saltem lassitudine sedendi. Quae tan-
ta gravitas? quae tanta sapientia? quae immo pigri-
tia, arrogantia, sinisteritas ac potius amentia, in
hoc totum diem impendere, ut offendas, ut inimi-
cum relinquas ad quem tanquam amicissimus vene-
4 ris? Disertior ipse es? tanto magis ne invideris:
nam qui invidet minor est. Denique sive plus sive
minus sive idem praestas, lauda vel inferiorem vel
superiorem vel parem: superiorem, quia, nisi lau-
dandus ille, non potes ipse laudari; inferiorem aut
parem, quia pertinet ad tuam gloriam quam maxi-
5 mum videri quem praecedis vel exaequas. Equidem
omnes qui aliquid in studiis faciunt venerari etiam
mirarique soleo. Est enim res difficilis, ardua, fa-
stidiosa et quae eos a quibus contemnitur invicem
contemnat. Nisi forte aliud iudicas tu: quanquam
6 quis uno te reverentior huius operis, quis benignior
aestimator? Qua ratione ductus tibi potissimum
indignationem meam prodidi, quem habere socium
maxime poteram. Vale.

---

§. 2. *assurrexerunt*] Durch das Aufstehen gab man seine Aufmerksamkeit und Theilnahme zu erkennen.

§. 5. *Est enim res difficilis* etc.] Die Leistung in den Wissenschaften (in der Schriftstellerei) ist etwas schweres, mühvolles, stolzes.

aliud iudicas] Quintil. X, 1, 41. Nec multo *aliud* de novis *sentio*, wo Einige *aliter* lesen.

quis uno te reverentior] Durch *unus* werden nicht nur wirkliche Superlative verstärkt (Zumpt §. 691.), sondern auch mit dem Comparativ gebildete Ausdrücke, in welchen die Bedeutung eines Superlativs versteckt liegt.

huius operis] *opus* ist hier weder die vorgelesene Schrift noch die Vorlesung selbst, sondern die auf wissenschaftliche (schriftstellerische) Leistungen verwandte Mühe.

LXIII.

C. PLINIUS QUINTILIANO SUO S.

Quamvis et ipse sis continentissimus et filiam tuam ita institueris ut decebat tuam filiam, Tutilii neptem, cum tamen sit nuptura honestissimo viro, Nonio Celeri, cui ratio civilium officiorum necessitatem quandam nitoris imponit: debet secundum conditionem mariti veste, comitatu, quibus non quidem augetur dignitas, ornatur tamen, instrui. Te porro 2
animo beatissimum, modicum facultatibus scio. Itaque partem oneris tui mihi vindico et tanquam parens alter puellae nostrae confero quinquaginta millia nummum, plus collaturus, nisi a verecundia tua sola mediocritate munusculi impetrari posse confiderem, ne recusares. Vale.

LXIV.

C. PLINIUS CALPURNIAE SUAE S.

Incredibile est, quanto desiderio tui tenear. In causa amor primum; deinde, quod non consuevimus abesse. Inde est quod magnam partem noctium in imagine tua vigil exigo: inde quod interdiu, quibus horis te visere solebam, ad diaetam tuam ipsi me, ut verissime dicitur, pedes ducunt: quod deni-

---

Ep. LXIII.

§. 1. *veste, comitatu*] *Vestis* sehr gewöhnlich für *vestes* oder *vestitus*, Kleidung. — *comitatus* bedeutet die Dienerschaft, Bedienung, Gefolge.

§. 2. *quinquaginta millia nummum*] Die Größe dieser Geldsumme kann der Anfänger nach Zumpt §. 872. berechnen. Schott giebt sie zu 2652 Thlr. 16 Gr. an. Wegen der Genitivform nummum s. Zumpt §. 51. 4.

plus collaturus] S. die Anm. zu XV, 1.

Ep. LXIV.

§. 1. *ipsi — pedes*] *αὐτόματοι πόδες*, die Füße von selbst, ein sprichwörtlicher Ausdruck von dem, der etwas mechanisch, unwillkührlich thut.

que aeger et moestus et similis excluso a vacuo limine recedo. Unum tempus his tormentis caret, quo
2 in foro et amicorum litibus conteror. Aestima tu, quae vita mea sit, cui requies in labore, in miseria curisque solatium est. Vale.

LXV.

C. PLINIUS FEROCI SUO S.

Eadem epistola et non studere te et studere significat. Aenigmata loquor. Ita plane, donec distinctius quod sentio enuntiem. Negat enim te studere, sed est tam polita quam nisi a studente non potest scribi: aut es tu super omnes beatus, si talia per desidiam et otium perficis. Vale.

LXVI.

C. PLINIUS SEPTICIO SUO S.

Ais quosdam apud te reprehendisse, tanquam amicos meos ex omni occasione ultra modum laudem.
2 Agnosco crimen, amplector etiam. Quid enim honestius culpa benignitatis? Qui sunt tamen isti, qui ami-

---

similis excluso] similis amatori non admisso ad amicam.

Ep. LXV.

§. 1. *et non studere te et studere*] Der andern Stellung *et studere te et non studere* widerstreitet §. 2. Negat enim te studere etc.

Ep. LXVI.

§. 1. *tanquam*] findet man öfter nach den Verben des Tadelns, Beschuldigens, Anklagens. Lib. III, 9, 29. 33. 36.

ex omni occasione] bei jeder Gelegenheit, eigentlich von jeder Veranlassung aus, jede Veranlassung (Gelegenheit) benutzend. Nicht in allen Verbindungen läßt sich unser Gelegenheit durch *occasio* übersetzen. S. Krebs Ant. p. 334.

§. 2. *Agnosco — amplector*] *Agnosco* vox eorum qui aliquid concedunt, verum esse fatentur. *amplector*, eo delector. *Gierig*.

Sed

amicos meos melius norint? Sed ut norint, quid invident mihi felicissimo errore? Ut enim non sint tales, quales a me praedicantur, ego tamen beatus, quod mihi videntur. Igitur ad alios hanc sinistram 3
diligentiam conferant. Nec sunt parum multi, qui carpere amicos suos iudicium vocant. Mihi nunquam persuadebunt, ut meos amari a me nimium putem. Vale.

LXVII.

C. PLINIUS URSO SUO S.

Olim non librum in manus, non stilum sumpsi; olim nescio, quid sit otium, quid quies, quid denique illud iners quidem, iucundum tamen nihil agere, nihil esse; adeo multa me negotia amicorum nec secedere nec studere patiuntur. Nulla enim studia tanti sunt, 2
ut amicitiae officium deseratur: quod religiosissime custodiendum studia ipsa praecipiunt. Vale.

Sed ut norint] Wegen *ut*, gesetzt daß, wenn auch, s. Zumpt §. 573. Das daselbst angeführte *ne*, in der Bedeutung gesetzt daß nicht, sehn wir hier gleich nachher mit *ut non* vertauscht, indem die Negation mit starker Betonung blos auf das Verbum bezogen ist, wie bei Quintil. VI. Prooem. §. 15. *ut non extinxerit*, *debilitavit tamen.*

§. 3. *hanc sinistram diligentiam*] Diese verkehrte (übel angebrachte) Genauigkeit, vermöge deren jene Tadler das meinen Freunden gebührende Lob auf die Goldwage bringen.

Ep. LXVII.

§. 1. *in manus — sumpsi*] Nicht *in manum*. [illegible]

illud iners nihil agere] jenes Nichtsthun. *nihil esse* = „nullum in republica amicorumque negotiis laborem suscipere, sed otiosum sibi vivere." *Gierig.*

LXVIII.

C. PLINIUS MAXIMO SUO S.

Et gaudium mihi et solatium in litteris: nihilque tam laetum, quod his laetius, nihil tam triste, quod non per has sit minus triste. Itaque et infirmitate uxoris et meorum periculo, quorundam vero etiam morte turbatus ad unicum doloris levamentum, studia, confugi; quae praestant, ut adversa magis in-
2 telligam, sed patientius feram. Est autem mihi moris quod sum daturus in manus hominum ante amicorum iudicio examinare, in primis tuo. Proinde, si quando, nunc intende libro, quem cum hac epistola accipies, quia vereor, ne ipse, ut tristis, parum intenderim. Imperare enim dolori, ut scriberem, potui; ut vacuo animo laetoque, non potui.
3 Porro ut ex studiis gaudium, sic studia hilaritate proveniunt. Vale.

LXIX.

C. PLINIUS PAULINO SUO S.

Alius alium, ego beatissimum existimo, qui bonae mansuraeque famae praesumptione perfruitur cer-

Ep. LXVIII.

§. 1. *quod his laetius*] Das hier fehlende *sit* ist der Kürze wegen ausgelassen und aus dem folgenden Satze zu suppliren. Ein starkes Hyperbaton dieser Art findet man bei Quintil. X, 1, 4.

meorum] sc. *servorum.* Lib. VIII, 16, 1. Confecerunt me infirmitates meorum, mortes etiam etc. Vgl. zu LVII, 1.

unicum] potes vel *verum* vel *praestantissimum* interpretari; utrumque enim recte dicitur. *Gierig.* Vgl. zu XX, 7.

§. 2. *ut ex studiis gaudium*] sc. *provenit* = *oritur.* In dieser Bedeutung steht das folgende *proveniunt* = *succedunt.*

Ep. LXIX.

§. 1. *Alius alium*] Zumpt §. 798. Vgl. XXIII, 3. 7.

mansuraeque famae] Vgl. zu XXX, 2. plurima opera et *mansura.* LXXI, 3. *victuri* nominis famam.

tusque posteritatis, cum futura gloria vivit. Ac mihi, nisi praemium aeternitatis ante oculos, pingue illud altumque otium placeat. Etenim omnes homines
2 arbitror oportere aut immortalitatem suam aut mortalitatem cogitare, et illos quidem contendere, eniti, hos quiescere, remitti, nec brevem vitam caducis laboribus fatigare, ut video multos misera simul et ingrata imagine industriae ad vilitatem sui pervenire.
3 Haec ego tecum, quae quotidie mecum, ut desinam mecum, si dissenties tu: quanquam non dissenties, ut qui semper clarum aliquid et immortale meditere. Vale.

LXX.

C. PLINIUS CALVISIO SUO S.

Omne hoc tempus inter pugillares ac libellos iucundissima quiete transmisi. Quemadmodum, inquis, in urbe potuisti? Circenses erant, quo genere spectaculi ne levissime quidem teneor. Nihil novum, nihil varium, nihil quod non semel spectasse sufficiat.
